

X 2311238

Ya
3345

VT
BENEVOLI
BONARVM ARTIVM
FAVTORES,

INPRIMIS
AMPLISSIMVS SENATVS BENIGNI-
QVE SCHOLARVM CVRATORES

QVINQVE
OPTIMAE SPEI IUVENVM
ORATIVNCVLAS

IN
SCHOLA NOVAE AD DRESDAM VRBIS
D. XVI. OCTOBR. MDCCXXXIII AB HORA A MERIDIE
SECVND A RECITANDAS
FREQVENTES AVDIANT

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

AB IISDEM
EA, QVA PAR EST, PIETATE AC RELIGIONE
CONTENDIT,
SIMVLQVE
DE

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

NOMINE SCHOLAE
DISSERIT
M. CHRISTOPHORVS KRETZSCHMARVS
RECTOR.

DRESDAE
IMPRESSIT JO. GVILIELMVS HARPETER.

54.

VT

BENEVOLENTIA

BONARVM ARTIVM

FAVTORES

AMPLISSIMVS SENATUS SENICENSIS

QVE SCHOLARVM CVRATORES

QVINGT

OPTIMAE SPEI IUVENVM

ORATIONCVLAS

IN

SCHOLA NOVAE AD BRSDAM ARDIE

DE SA. CECILIAE ANDREAE ET HONOR. A. M. M. D. C. C. C. C.

RECTORIS P. M. M. M. M. M.

PROFESSORIS A. M. M. M. M. M.

DE

EA QVAE EST RELIGIO AC RELIGIO

CONTINET

CONTINET

DE

NOMINE SCHOLAE

ORATIONVM

M. CHRISTOPHORVS KRETSCHMARVS

RECTOR

D. S. M. D. C. C. C. C.

IN SENICENSIS HILBERTVS





B. C. D.

§. I.

Honorificum satis scholae est nomen, quippe a quo nec veteres nec recentiores in denominandis non superioribus minus, quam inferioribus artium palaestris abstinuere (1). Interim tamen literarum cauillatoribus vel istud quoque nomen calumniandi, literatisque officinis insultandi occasionem praebuit. HOBBSIVS certe de scholis adeo praepostere judicans, ut earum originem hominum desidiae adscriberet, a vocis ejusdem significato, quo σχολή otium, desidiamque denotat, argumentum desumpsisse mihi videtur (2)

(1) De hac vocis, scholae, quae loca, in quibus literas docentur iuvenes, indicat, dignitate, paucis mentionem facit Lubecensis Polyhistor IO. HENR. A SEELEN in Achen. Lubecens. P. IV. c. I. §. 1. not. 1. p. 1. sq. Veterum Philosophorum coetibus hanc scholae denominationem fuisse tributam, satis superque constat. Inde saepius relatum legimus de PLATONIS, ARISTOTELIS &c. schola. DIOGEN. LAERT. in Theophrasti vita libr. V.

Segm. 36. Edit. Menag. p. 289. Αὐτὸς (Theophrastus) διεδέξατο τὴν σχολήν. Et paulo post. Segm. 38. p. 290. Σοφοκλῆες τῆ Ἀμφικλειῆδε νόμον ἐσενεγιόντος μηδὲνα τῶν φιλοσόφων σχολῆς ἀφηγέσθαι ἂν μὴ τῆ βελῆ καὶ τῶ δήμῳ δόξῃ. SVIDAS: Ἀκροῦσι Ἀριστοτέλους καὶ διάδοχος τῆς σχολῆς τῆς ἐν τῷ περιπάτῳ ὑπ' αὐτῆ καταλειφθείσης εἰς χαλκίδα ἐκδημήσαντος. PLVTARCHVS de Aud. τῶν τραγωδῶν τῶν ἐν τοῖς θεατροῖς καὶ τῶν φιλοσόφων ἐν ταῖς σχολαῖς αἰεῖν. Nec hodie communis iste vocis scholae vsus exoleuit, siquidem bonarum artium palaestras in scholas superiores inferioresque distinguentes saepe numero audias. Vfus loquendi hodie adhuc obtinet, Schola Lipsiensis, Tubingenfis &c. aequae vt Germanis receptum est: *Die hobe Schule zu Leipzig, zu Wittenberg &c.* videatur a *Seelen* l. c. p. 2. seq.

- (2) In *Leuiath.* c. XLVI. p. 314. Edit. Amstelae. 1668. in IV. edit. *Id quod Philosophiam aluit auxitque maxime otium erat, quam scholam Graeci vocant &c.* Hucque trahit Act. XVII. 21. vid. Program. nostrum nuperrime editum §. 4. p. 8.

II.

Germanicam vocem *Schule*, aequae ac Latinorum *Scholam* a Graeco nomine *σχολή* descendere apertum quidem est (1): Attamen cum vox *σχολή* non minus sit *πολύσημος*, quam Latinorum *otium*, operae me facturum pretium arbitror, (2) si in eius significatus paulo penitus inquiram, (3) quoque sensu ad artium bonarum palaestras applicetur, ostendam.

- (1) Vinculum, quo omnes adeo linguae ab vna eademque matre originem trahentes, inter se sunt connexae, satis prodit vocum earundem vsus in multis simul linguis adhuc residuus. Sic sacci denominationem pleraeque linguae retinere. Germanis enim dicitur *Sack*, Graecis *σάκος*, Hebraeis *שַׂק*; Eandemque vocem non Syri, Chaldaeique solum, sed Galli, Hispani, aliaeque gentes habent supersitem. Pari ratione Hebraeorum *קַרְנֵי* Graecis *κέρας*, Latinis cornu &c. vocatur. cf. MERICVS CASAVBONVS de quatuor linguis Comment. P. I. Primigeniam vero illam linguam,
a qua

a qua reliquae descenderunt, non esse Graecam, vt IO. PETR. ERICVS Prof. Patav. contendit; neque Syriacam, quae THEODORETI ex veteribus, ex recentioribus GEORGII AMIRAE fuit opinio; neque Chaldaicam, id quod IO. CASP. MYRICAEVUS & THOM. CAMPANELLA affirmarunt; neque Cimbricam, quod figmentum IO. GOROPIVS BECANVS protulit; neque alias, quocunque nomine veniant, linguas: (vid. Morhoff. Polyhistor. T. I. lib. IV. c. III. p. m. 734. ffqq.) Sed Hebraicam, ego in praesentia non euincam. Videantur de eo CL. VITRINGAE Obs. S. T. I. libr. I. c. 6. §. 5. p. 62. B. AVGVST. PFEIFFER, Fascic. Differt. Philolog. Diff. VI. p. 120. ffq. Et praeter caeteris D. IO. GOTTL. CARPZOVIUS iam Lubecensium Theologus longe celeberrimus in Critic. Sacr. P. I. C. V. Sect. II. p. 174. ffqq. Nec controuersiae, vnde linguarum diuersitas promanarit, vtrum a turris Babelicae conditoribus, quae est communis multorum opinio, an a populorum diuisione, imperiorum fundatione, hincque nata legum & consuetudinum diuersitate &c. immissa tantum diuinitus turris Babelicae fabricatoribus animorum in consiliis & opere defensione, quam sententiam a CL. VITRINGA prolatam atque defensam legere possumus in Obseruat. Sacr. l. I. Dissert. I. p. 1. ffqq. iamiam immorabor. Sed tantum celeberrimos saepius Philologos in vocum ex aliis linguis facta deductione metam esse transgressos, saluo hoc linguarum vinculo paucis ostendam. Absconum sane est quando IOH. GVIL. STVCKIUS vocem Sacerdos a *σάνος* & *νέγδος* deriuat, addita hac originis ratione, quia sacerdotes prae ceteris nummorum essent appetentes. Item quando Fumus a *βωμός* deducit, quia fumus ab altaribus ascendat. Dedit cum pro meritis depexum, Magnus Helmstadiensium Theologus, IO. LAVR. MOSHEIMIUS in Orat: de Eo, quod nimium est in studiis linguarum et Critices Obseru. Sacr. annexa p. 416. ffqq. At vero annon VOSSIVS in Etymologico, alique ad eundem offenderint lapidem, quando per ingenii lusum varia ex eiusmodi longe petitis vocum deriuationibus sunt meditati, aliis diiudicandum relinquo. Taxauit quidem eos LAMBERTVS BOS in Specim. Animaduers. ad Script. quosdam Latinos Franeck, 1715. edito

c. XV. p. 76. seqq. sed annon ingenii lusibus nimium ipse indulgens, metam pariter transferit, dicant eruditi. Vtrum enim aestimo deriuus cum VOSSIO ab Aes, et *τιμῶν*, an cum CL. BOS ab *ἴσημι* aut *ἴσημαι* aequae lubrico inniteris fundamento. Nec magis certus eris, vtrum amo descendat ab *ἄμμα*, vel ab *ἴμερος*, vel ab *ἄμα* vel a *אמ* vel a *אמ* vel *אמ* an per literarum metaphorin a Graeco *μῶν*, vti idem hariolatur vir eruditus. Media via & in hac causa videtur tutissima. Vbi aperta rerum adsunt indicia, rite se res habet; quando autem omne negotium ad meas redit coniecturas eiusmodi tricis implicari mihi videtur esse otio abutentis.

- (2) Argumenta quidem huius generis Etymologica nimis esse infirma, et ad lusus tantum ingenii referenda, satis superque patet. Vt enim absurdum esset, si contenderem, cum ius non minus *das Recht*, quam *die Brübe*, *Suppe* denotet, id propterea fieri, quia ius tepidum, multis placeat, vti iusculum tepidum palato sit gratum: Sic aequae absouum, si quis colligeret, *χολῆν* desidiā denotare, ergo a pigritia scholas trahere originem.
- (3) Vtramque vocem tum Latinorum otium, tum Graecorum *χολῆν* in vtramque partem, et de turpi, et de honesto accipi otio, sicque voces esse mediae significationis, quas *μέσα* vocant Grammatici, ex sequentibus constabit.

§. III.

Vocem *χολῆν* primum, vt Latinorum Otium, (1) cessationem a labore seu pigritiam desidiāque denotare, sicque laboribus e diametro, vt ajunt, opponi, constat. (2) Inde factum est, vt Dativus *χολῆν* Aduerbii vsum obtinens, lente, tarde etc. denotet: (3) Vti *χολαίος* est lentus, tardus, (4) quia pigri lentis, tardisque incedunt gradibus. Respondent *χολῆν* in hoc significato voces derivatae *χολάζειν* (5) *ἀποχολάζειν* (6) *ἀχολία* (7) et quae sunt reliquae.

- (1) Alexander M. apud CVRTIVM libr. IX. c. VI. §. 19. *Licuit paternis opibus consento intra Macedoniae terminos per otium corporis*

poris expectari obscuram et ignobilem senectutem: Quamquam ne pigri quidem sibi fata disponunt. Quo in loco otium et pigritia idem denotant. CATVLLVS ad Lesbiam Carm. 51.

Orium reges prius et beatas
Perdidit urbes etc.

Et quid in re manifesta multis opus est testimoniois?

- (2) AELIANVS libr. IX. c. 28. p. m. 619. Edit Gronou. Ἔθος δὲ ἦν αὐτοῖς καὶ ἄλλοις προσποιεῖσθαι διὰ τὴν χολὴν τὴν ἐπὶ τὰ χεῖρα. NICOLAVS DAMASCENVS refert in excerpt. Valef. p. 450. de Perianthro Corinthiorum tyranno Ἐκαλύε τε τὰς πολίτας χολὴν ἄγειν αἰετῶν αὐτοῖς ἔργα ἐξευρίσκων Idem AELIANVS libr. IX. c. 15. p. m. 615. seq. πεισίσρατος - - μετεπέμπετο τὰς ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἀποχολάζοντας - - - δειδιῶς μὴ ἡ χολὴ τέτων ἐπιβελὴν τέκη
- (3) THVCIDIDES libr. I. c. 142. p. 94. Edit Duck. Μέγιστον δὲ τῶν χρημάτων σπῶει κωλύονται, ὅταν χολῇ αὐτὰ περιζόμενοι διαμέλλωσι, vbi Scholiast. χολῇ, βραδέως. Idem lib. III. c. 46. p. m. 197. εἰ τὸ αὐτὸ δύναται χολῇ καὶ ταχὺ συμβῆναι. DIONYS. HALICARNASSEVS libr. IX. p. 622. Edit. Lips. lin. 39. ἴσθ. εἰ γὰρ ὑπὸ καμάτῃ τε καὶ τραυμάτων βαρυνόμενοι χολῇ προβαίνοντες ἐγκαταλείποντων αὐτὰς τῶν μελῶν. Quin et ipse Nominatiuus χολῇ sic usurpatur in loquendi forma χολῇ γίγνεται. THVCYD. libr. V. c. 10. p. 324. ὡς δ' αὐτῶν, εἰδοὶ χολῇ γίγνεται. vbi Scholiast. χολῇ γίγνεται; χρόνος ἐγγίγνεται. Huc & pertinet loquendi forma ἐπὶ χολῆς facillime, quando negotium tanta absoluitur facilitate vt vel otio fruens expedire illud possit. HERODIANVS ἐπὶ χολῆς πάντα ἀριθμῆσαι, facile omnes numerare, libr. I. C. 15. §. 13.
- (4) HERODIANVS L. VIII, c. 4. §. 6. de fluuiis tardius fluitibus: αἰόμενοι χολαίτεροι ἐπὶ χερσὶ τοῖς πεδίοις THVCYD. l. III. c. 29. p. 183. Κατὰ τὸν ἄλλον πλὴν χαλαροὶ παριόντες, ἐπετάχον τῆς οὐδὲ τὰς χολαίτερον προσιόντας. χολαίτερον magis probat THOM. MAG. quam χολαιότερον.
- (5) Late huius verbi patet vsus v. HENR. STEPHANI Thesaur. Graecae linguae, sub χολάζω. Prae caeteris tamen infert oriari. PLVTARCH. πρὸς τὸν πυθόμενον εἰ χολάζω. Quaeritur vero, vtrum & huc trahendus sit locus, Matth. XII. 44. de domo quam inuenit

nit τὸ ἀνάθρονον πνεῦμα χαλάζοντα. GASP. ERNEST. TRILLERVS redditur *müßig*, in quo vocis significatu etiam substitit CL. IOH. CHRISTOPHORVS VVOLFFIVS in Cur. Philol. & Critic. in h. l. p. 224. diserte scribens; τὸ χαλάζειν hic idem est, quod nihil agere. At GOTTFR. OLEARIVS in Matthaeum p. 112. f. contra TRILLERVM annotavit χαλάζειν eam significatus amplitudinem habere, quam Latinorum vacare, optimeque hic verti *leer*. Congrua sunt, quae antea commentatus est B. IO. GERHARDVS in h. l. p. 656. χαλάζοντα *vacantem ab operibus pietatis. Destitutam Christi & Spiritus S. inhabitatione. Sic & Salomon von TILL in h. l. leer von der Gnade Gottes, und seligmachenden Erkenntnis. Quamuis itaque ex veteribus BASIL in Pf. XLIV. & NAZIANZENVS Orat. XXXIX. pariter de domo otiosa & deside, quia sic aditus praebatur Diabolo, hunc locum explicarint, uti obseruavit, CORNEL. IANSENIUS in Comment. adh. l. p. 114. Magis tamen alter sensus συναφείας congruere nobis videtur.*

(6) Inde ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἀποχαλάζειν vid. huius §. not. 2.

(7) Ἀσχολία Otio opponitur, notatque cuiusvis generis, quibus ali- quis districtus tenetur, occupationes. XENOPHON I. VIII. Cyropaed. ἀ σάφ' ἴδι πολλὰς ἀσχολίας παρέχειν. Ita & ἀσχολεῖν. HERODIANVS Libr. I. c. I. §. 1. Ὅι πλείοι τῶν περὶ συγκομιδὴν ἰσχυρίας ἀσχοληθέντων.

§. IV.

Deinde χαλὴ Graecorum (1) pariter, ac Latinorum Otium, (2) pacem, seu tempus a turbis bellicis vacuum describunt, sicque bello opponuntur. Quem significatum & voces inde descendentes illustrant. (3)

(1) THUCYDIDES I. V. c. 29. p. 335. Ἐνόμιζον ἔ περιέφευγον σφῶς τὰς Λακεδαιμονίας ἀρχεῖν ἐπειδὴ καὶ χαλὴν ἦγον.

(2) LIVIUS I. IV. c. 28. In otio tumultuosi, in bello segnes. Idem I. II. c. 52. Ex copia deinde otioque lasciuire rursus animi.

(3)

- (3) Sic ἀσχολέω de iis quoque vsurpatur, qui belli negotiis distrahuntur, vti σχολάζοντες sunt, qui pace fruuntur. HERODIANVS I. II. c. 15. n. 3. de Seuero in Oriente bellum gerente: Ἐκέως κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἀσχοληθέντος. ARISTOTELES I. VII. Politic. c. 15. ἀσχολῆντας μὲν καὶ πολεμῆντας φαίνοσθαι ἀγαθῆς. Ἐιρήνην δ' ἄγοντας καὶ σχολάζοντας ἀνδραποδώδεις.

§. V.

Postea σχολή generatim huiusmodi vacationem denotat, qua, fepositis tantisper aliis cuiusvis generis laboribus, vni tantum rei intentum habemus animum, aut corporis vires intendimus, ut maiori mentis praesentia, vel viribus firmioribus eandem peragere possimus. (1) Cui vocis notioni Latinorum loquendi forma, *Vacare alicui rei* optime respondet. (2)

- (1) Ita LVCIANVS De Non Temere Credend. Calumn. Oper. Tom. II. p. 417. Edit. Graeu. μηκέτι σχολὴν ἄγειν τῇ ἐξετάσει τῆς ἀληθείας. AELIANVS I. II. c. 20. p. 117. Edit. Gronov. ἴτω μὲν σχολὴ τὰ κατ' αὐτὸν εἰδέναι, καὶ αὐτὰ ἕκαστα ἐξετάζειν ὑπὲρ τῶ ἀνδρὸς εἰσεται ἑτέρωθεν. Ita & verbum σχολάζω. HERODIANVS I. VII. c. 1. n. 9. Τοῖς τυραννίδος ἔργοις σχολάζειν. Idem I. IV. c. 11. n. 16. ἡμιοχίας σχολάζων καὶ θηρία παντοδαπὰ ἀναιρῶν. Idem lib. VIII. c. 7. n. 7. πρώτης μὲν καὶ δευτέρας ἡμέρας ἱερωγίας ἐσχολάζε. Pertinet huc locus 1. Cor. VII. v. 5. ἵνα σχολάζητε τῇ νηθείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ Ad quem EARSMSV in Critic. Anglic. p. 86. recte scripsit: *Non dixit, Oretis, sed vacetis praecationi, quia ea res desiderat animum ab omnibus mundanis curis vacantem.* Sane si vlla res vnquam, preces certe, omnia animi fensa, ab aliis remora rebus atque in vnum quasi collecta, sibi vindicant. Inde feruator orantis εἰσελθὲν εἰς τὸ ταμῆον καὶ κλείσαι τὴν θύραν iubet Matth. VI. 6. Obiter obseruo, verba τῇ νηθείᾳ καὶ MILLIO videri ὑποβραλιμάκια, quia vt ZEGERSVS ad h. l. annotauit in Critic. Angl. p. 110. nec CYPRIANVS nec HIERONYMVS nec HESYCHIVS nec ceteri

B

teri

teri antiqui locum allegantes eadem habent. Eorum tamen ἀ-
 δευτικῶν rectius a VVHITBIO & ARNALDO defendi affirmat
 CL. VVOLFFIUS in Cur. Philolog. adh. l. p. 396.

- (2) Indeloquendi formae: vacare literis, studiis. CICERO I. de Diuin.
 c. 6. *Ego Philosophiae semper vaco* CVRTIVS I. VI. c. 7. 20.
Non vacasse sermoni suo regem caussatus.

VI.

Inprimis vero, ad scopum nostrum vt propius accedamus, iste
 vocis vsus, honesto illi conuenit otio, quo vtuntur, bonis
 operantes literis. (1) Liberum enim sibi ab aliis rebus requi-
 runt animum literae, quo in artium studia eo curatius incum-
 bere queant earum cultores. (2) Id quod veteres fabularum ar-
 tifices indicare voluerunt, qui Musas in solitudinibus a strepitu
 turbisque remotis versantes inermesque finxerunt. (3) Quae
 cum ita sint comparata, studiorum sectatoribus *χολή* seu otium
 (4) tribuitur, in eoque significato *χολή* opponitur laboribus mi-
 nus ingenuis, corporisue. Sunt *χολάζοντες* artium sectatores, quo-
 niam a fori strepitu rerumque, manibus quae peraguntur, studio,
 sunt alieni, nec publicis immiscentur turbis variisque negotiis, sed
 vitam tranquillam degunt.

- (1) Ita, teste STEPHANO in Thef. Gr. linguae sub *χολή*, XE-
 NOPH. *χολή* γε ἡμῶν μανθάνειν. PLVTARCHVS in Themist. ἐν
 ταῖς ἀνέσει καὶ σχολαῖς ἀπὸ τῶν μαθημάτων γενόμενος. Ita et *σχο-
 λάζειν* μαθήμασι. PHILO: *σχολάζοντες* μόνω τῷ Φιλοσοφῆν. Hinc
 & Graecis *σχολάζων* dicitur condiscipulus. DIOGENES LAER-
 TIVS libr. IV. Segm. 24. p. 241. *Κράντωρ πολέμου συσχολάζων.*
 (2) SENECA in Epist. 23. *Studio me dabo, omnia alia negligenda
 sunt: ut huic assideamus, cui nullum tempus satis magnum est: Et-
 iam si a pueritia, vsque ad longissimos aetatis terminos, vita perdu-
 catur,*

catar, *residendum est occupationibus.* Idem Epist. 17. *Studiis & diuitiis pariter vacare non potes: nec animam illam dignatur habitare sapientia, quam videt infectam desiderii & curis temporalibus inuoluta*

- (3) Pierium montem, Parnassumque inhabitare dicuntur, quam & coelum iis sedem assignet HESIODVS. Spectant huc maxime quae obseruauit AELIANVS Var. Histor. I. XIV. c. XXXVII. p. 98 r. Edit. Gronov. affirmans, nullum vnquam opificem eas effinxisse armatas, quia vita mansueta atque pacata Musarum cultoribus conueniat: Τίς ἔστος, scribit, νεανικῶς ἐμάθη διμυγεγὼς ὥστε ὀπλισμέναις ἡμῖν ἐγγράσασθαι; Ὀμηλογοῖ δὲ τῆτο ὅτι οὐδὲ τῶν ἐν Μέσσει βίον εἰρημὴν τε ἀμα, καὶ προῶν εἶναι, καὶ ἀξίον ἐκεῖνα.
- (4) CICERO illud tempus quod in literis excolendis consumit, sapissime otium vocat. De Orator. Prooem. *Fructus otii datus est ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus, celebrandas.* Et paulo post: *Quantum ipsa Resp. tribuet otii, ad scribendum potissimum conferam.* Meminit & idem in Qv. Tuscul. literati otii. SENECA in Ep. *Labor Scholasticus otium est, sed negotiosum, & quod animum reddit ad honesta sollicitum.*

§. VII.

Quin et *χολή* Metonymice illa scripta, lucubrationes, dissertationesque denotat, quas eruditi, eiusmodi honesto fruente otio, elaborarunt. (1) Id quod diminutium quoque *χέλιον* comprobatur, quo breues illae obseruationes, quas eruditi ad veteres auctores scripserunt, denominantur. (2)

- (1) DIOGENES LAERTIVS libr. X. in vita Epicuri Segm. 26. *Διογένης τε ὁ ταρασεὺς, ὁ τοῖς ἐπιλέκτες χολὰς συγγράφας* vid. AEGIDIUS MENAGIVS ad h. l. p. 457. CICERO Tuscul. I. *Itaque dierum quinque Scholas, ut Graeci appellant, in totidem libris contuli.* STRABO libr. XIV. *πλετριάδης τε ἐγένετο καὶ Διογένης τῶν*

τῶν περὶ πολιζόντων καὶ σχολαῖς διατιθεμένων ευφυῶς. PLVTARCHVS περὶ πολυπραγμ. Πολλὰ καὶ καλὰ θεήματα καὶ ἀνέσματα καὶ σχολαῖς καὶ διατριβὰς παρελθόντες.

- (2) Descendit enim σχολίον ἀπὸ τῆς σχολῆς, hacque ratione lucratiunculam, siue breuem annotationem significat. videatur VOSSIUS in Etymol. Recte itaque M. ERDM. GOTHOFRED. CAMENTIUS in Dissert. in qua Hist. Scholiastarum explicat, Vitemb. 1715. habita §. 2. carpit tum ERASMVVM, qui σχολία Otiola exponit, tum SIXTVM SENENSEM, qui vacationes seu otia, siue per otium excerpta, explicat, quibus, quoties ad plenam annotationem otium deesset, ea tantum, quae sibi videbantur sicura, breuibus quibusdam annotationibus, summam perstrangebant.

§. VIII.

Tandem exinde factum esse arbitror, vt per eandem Metonymiam σχολή denotet locum, vbi bonae docentur literae. Conueniunt enim hic, qui ab aliis remoti negotiis, σχολάζουσι τοῖς μεθήμασι. (1) Tantum itaque abest, vt desidiaei significatum vocis σχολῆς cum HOBBSIO huc trahamus, vt potius bonarum artium palaestras maxime ἀρχαῖες esse contendamus. (2)

- (1) Vide quae §. I. obseruauimus. PLVTARCHVS de Aud. μεμνημένος ὡς ἐν εἰς θεώτρων ἐδὲ ἀδείων ἀλλ' εἰς σχολὴν καὶ διδασκαλεῖον ἀφίκται. LVCAS Act. XIX. 9. mentionem facit τῆς σχολῆς Τυράνε τῶς, in qua docuit Paulus. ERASMVVS in Critic. Anglic. ad h. l. p. 2358. suspicatur, hanc σχολὴν fuisse secessum magnatis alicuius, in quo solitus sit otuari, quandoquidem Schola Graecis notet otium. Idque statuit ob particulam τῶς, quae proprio nomini addi nequeat. At rectius VITRINGA de Synagog. p. 137. Clericus in Annot. ad h. l. p. 572. ZEGERVVS in Critic. Angl. 2362, aliique, hanc scholam Gymnasium docendo

dispu-

disputandoque destinatum, habent, Tyrannique nomen esse viri proprium, qui illud aedificium suis sumptibus exstruxerit, aut in eo docuerit, contendunt. Nec obstat particula *τινός*, alibi quoque nominibus propriis adiecta, quando videlicet persona, de qua sermo, minus innotuit, c. g. Marc. XV, 25. *Αγγαρεύσει παρ᾽ αὐτὸν τινὰ Σίμωνα Κυρηναῖον*. Act. XXI, 16. *Μυάσανι τινι Κυπρίῳ* c. XXII, 12. *Ανασίας δὲ τις, ἀνὴρ εὐσεβῆς* c. XXIV, 1. *μετὰ δῆτορος τεττύλλε τινός* etc. v. CL. WOLFFIUS in *Curis Philolog.* ad h. l. p. 1288.

- (2) Imperitiae quidem plebis, ac muliercularum ignorantiae condonandum est, literis operam nauantibus pigritiam tribuentium: At neminem prudentum iisdem assentiri mihi facile persuadeo. Vbi enim vitae genus, siue docentium, siue dicentium, spectes ordinem, magis laboriosum magisque molestum, quam eorum, qui in puluere desudant scholastico?

§. IX.

Praepostere autem ad euoluendam scholarum originem verba Lucae Act. XVII. 2 I. trahi ab HOBBSIO, cuius facile patebit. Atheniensium ἀδελεισχία rerumque nouarum studium ibidem reprehenduntur. (1) Habebant enim suas λέσχαις. quas otiosi nouitatisque studiosi ad tempus friuolis sermonibus terendum, frequentabant. (2) Philosophi vero, qui sapientiae studium sectabantur, cum has nugas ipsi detestati fuerint, (3) exinde magnum inter scholas istorum ac otiosae plebis conuentus fuisse discrimen, satis superque apparet.

- (1) D. IO. GEORG. IOCH de Spiritu Attico in h. l. §. 9. seqq.
 (2) MOSCHOPVLVS *περὶ σχεδῶν* p. 72. λέσχαι, δημοσίαι τινὰς τόπαις ἔβαις ἔλεγον ἐν Ἀθήναις, ἐν οἷς ἐκαθίζοντο πολλὴν σχολὴν ἔχοντες v. Iochius l. c. §. 15.

(3) v. IOCHIVS l. c. §. 13. vbi ex XENOPHONTE Hippiam a Socrate propterea reprehensum ostendit.

§. X.

Sed hæc hæctenus. Nouae ad Dresdam vr̄bis Scholam adhuc fuisse ἀσχολον, eamque non linguis minus quam reliquis indefesso studio vacasse literis, testabuntur quinque bonae indolis optimaque spei iuuenes, qui publicam incrementorum, quae quidem in arte dicendi adhuc faustis auspiciis cepere, Patronis bonarumque literarum Fautoribus rationem reddent. Argumentum iis datum de Nominum mutatione explicabunt ipsi, ordine hoc se inuicem excipientes:

GOTTLOB LEONHARDVS MANICK. Dresdens. *Generatim de more nomina mutandi Latino sermone differet*; Eumque excipiet

IOHANNES FERDINANDVS KRIPPNERVS. Dresd. *qui nominum mutationem Ordinibus sacris inter Pontificios receptam pariter Latinis verbis persequetur.* In coepto hoc instituto perget

IOHANNES CHRISTIANVS SIPPELIVS, Battinenfis, *qui nomina mutandi rationem ipsis Pontificibus vstratam explicabit.* Cuius vestigia leget

CHRISTIANVS BENIAMIN SCHAIBLIN, Dresd. *qui Graeco sermone illud quod iustum iniustumque in hac nominum mutatione, explanabit.* Huicque tandem exercitio Colophona addet

CHRISTIANVS SIGISMVNDVS LAVRICH, Dresd. *qui de mutatis urbium nominibus, Latinum sermonem recitabit,*

Non

Non omne quidem de nominum mutatione argumentum Iu-
uenes isti exhaurient, quia temporis, auditorumque nostrorum
patientiae ratio erat habenda. Interim tamen ipsorum conatus,
quos adhuc bonis omnibus dedere probatos, admodum excita-
buntur, si AMPLISSIMI SCHOLARVM CVRATORES, SVMME
ATQVE PLVRIMVM REVERENDI VERBI DIVINI MINISTRI
BENEVOLIQVE BONARVM LITERARVM FAVTORES, ho-
norigica sua praesentia ipsis calcar addere haud dedignentur.
Quam ob rem ab IISDEM omni qua par est religione ac pietate
contendimus, vt grauioribus negotiis in aliud tempus tantisper
dilatis, frequentes tempore stato Oratoribus nostris aures bene-
uolas commodent, omnem quam Iphis debemus obseruantiam sibi
pollicentes. Dabam in Vrbe Noua d. XXV Octobr.

Anno MDCCXXXIII.



Q 21a 3345*


Non omnes quidem de nominum mutatione tractaverunt in
hunc diem. Quibusdam tamen temporibus, admodum et
particulari ratio est habenda. Invenimus tamen ipsorum
quos alibi legitur omnibus debent probare, admodum extra-
ordinarij. AMPLISSIMI SCHOLARUM CURATORES, SUMME
ATQVE FLORISSIMI REVERENDI VERBI DIVINI MINISTRI
REVERENDISSIMO DOMINICO LITTEARUM PATRO, bo-
nitate sua precibus istis calor adhibere hand desistant.
Quod eo tempore ab 1825 omni die per et religione et pietate
concomitantur, et gratuloribus accione in hunc tempus
et hunc, legimus tempore hunc. Quibus nos hunc
deus commendet, omnia quae istis debentur obsequantur. Illi
pollicentur. Datum in Vrbe Noe. d. XXV. Ocho.

Anno MDCCCXXIII.



N.C.





2 K 5143.

X 2311238

Ya
3345

VT
BENEVOLI
BONARVM ARTIVM
FAVTORES,

INPRIMIS
AMPLISSIMVS SENATVS BENIGNI.
QVE SCHOLARVM CVRATORES

QVINQVE
OPTIMAE SPEI IUVENVM
ORATIVNCVLAS

IN
SCHOLA NOVAE AD DRESDAM VRBIS
D. XVI. OCTOBR. MDCCXXXIII AB HORA A MERIDIE
SECVND A RECITANDAS
FRECVENTES AVDIANT

AB IISDEM
EA, QVA PAR EST, PIETATE AC RELIGIONE
CONTENDIT,
SIMVLQVE
DE

NOMINE SCHOLAE

DISSERIT
M. CHRISTOPHORVS KRETZSCHMARVS
RECTOR.

DRESDAE
IMPRESSIT JO. GVILIELMVS HARPETER.

